



DISPUTATIO PRIMA  
EX LOCIS THEOLOGICIS  
D. MARTINI CHEMNITII.

THESIS I.



PROPOSITURI ξὺν Θεῷ  
pro materia Theologica  
συζητήσεως aphorismos ex  
locis Theologicis Præstan-  
tissimi Theologi D. Martini  
Chemnitii; de usu & utilita-  
te locorum Theologico-  
rum pauca præmittemus.

2. Loci communes Theologici dicuntur,  
in quibus summa doctrinæ cœlestis breviter,  
ordine, propriè & perspicuè explicatur.

3. Qui sunt in Ecclesia summè necessarii.

4. Nam ipse ὁ λόγος æternus æterni patris  
statim a lapsu protoplastorum proposuit  
breve summam doctrinæ Evangelicæ, Ge-  
nes. 3. v. 15.

5. Eodemq; modo Enos, Genes. 4. v. 26. &  
Patriarchæ illam primam promissionem ex-  
plicarunt, eamque tanquam regulam secuti  
sunt in suis concionibus.

6. Postea ipse Deus admiranda methodo